

A λον ἡ καλῶς πέτερη γε, τὸν μήδον αὐλαῖον οὐαίντων ἐκεῖνοις Εἶναι κακία σὲ δέ, οὐτε ἐκεῖνοι,  
γέτε αλλαῖον απάντωσις γένεται. Audio te cū fratre tuo altercari, vter vestrūm peior  
sit, cūm tu quidē illū dicas, contrā verō ille te: ego vero existimō perbellē mihi  
cōpertū est, illū vtiq; alijs omnibus te vero vno, neq; aliorū hominū quempia  
esse peiore. Addā illud vnum, si non satis nugarum est, quod ad Phocylidæ  
nomen epigrammati Græco infertū pertinet, videndū an eo speget id falso dī-  
ctum à Cicerone epistola ad Atticū libri quarti nona, τόμοι φωκυλίδων, vbi pō-  
peium perstringere viderur, qui licet egregiè de Repub. loqueretur, parū tamē  
aut nihil differret à ceteris. Vnde illud ad eundē Atticū lib. vii. Epist. Dionysi  
vir optimus, ego quos tu bonos esse dicas nō intelligo ipse nullos nouit: id quod  
probando latissimè prosequitur. Sed nos iam satis.

## N E Q V I T I A.

B **Q** uoniam verō mare ipsum in primis salsum est, & sal inde plurimum confi-  
citur, totumq; illud elemētū si exiccati posset, in sal abiturū est, Ägyptij  
ipsum quoq; sal ita auersabantur, vt ne pane quidem salito vescerentur: quippe  
cūm viuendi, vt sāpe dictum, puritatem in primis adamarent, id fixum immo-  
tumq; animo gerebant, vt omnia nequitiæ irritamenta summouerent: itaq; sal  
ipsum summo studio reijciebant, quod meram esse nequitiā intelligebant, cūm  
propter calorem sal irritare libidinem, seminalemq; vim expergefaceret & acue-  
re feratur: vnde salacitas petulantiae nomen. Exemplo vero sint ostrea & cōchy-  
lia in hunc usum à nepotibus summo studio conquisita. Quin etiā mures abro-  
so sale prægnātes fieri tradit Aristoteles: Ἀλγυῆς præterea Venus, illiq; salacita-  
tis ergo fanum ad portū maris aruspices ponit apud veteres iubebant. Et marini  
Dei omnes lasciuiores fœcundioresq; ponuntur à poëtis Nimirum & illa Cœ-  
li virilia Saturni falce recisa, & in mare prolapſa, Venerem gignunt, quippe om-  
nes fructuū vires abscisæ, atq; in humores viscerum veluti in mare projectæ, si  
cut illic venerem, ita hic libidinem gignunt. Theologi nostri sensu longè secio-  
re sal accipiūt pro doctrina Euägelica, idq; sibi velle quod capite Leuitici secū-  
do dicitur. Quicquid obtuleris sacrificij sale cōdies, nec auferes sal fœderis Dei  
tui de sacrificio tuo: in omni oblatione offeres sal, quasi dicere velit legislator,  
quodcunq; docueris, quodcunq; correxeris, in quacunque virtute veratus fue-  
ris, ad Apostolicam simulationē atque imitationem tete accommoda: sal enim  
terre Apostoli, Domini ipsius testimonio. Nam sicut omnis cibus ad nutrimentum aptus, diceret Hesychius, omni modo sale conditur, ita omnis sermo vtilis  
ad iuuandam. Apostolicæ omni modo sapientiae necessarium habet condimen-  
tum. Sed vt ad mare reuertamur, fluxum id atque lubricū, non vti sal, solidum,  
& frugalibus usibus commodum. Minimè pretereundus hic in diuinis literis  
locus, vbi legere est lordanem fluuium retrosum fontem versus cursum suum  
reflexisse, quod, vt D. Ambrosius opinari videtur, significat mollitudinem ani-  
mi ad maris lasciuiam profluentē cursum tenuisse, & ad fontem, quippe ad ori-  
ginem, hoc est, Deum animi ipsius autorem cōuersum esse. Quoniam vero scri-  
ptum est partē aquæ Iordanicæ defluxisse in mare, partem verō conuersam sub-  
stitisse, Adamantius qui per Iordanem baptismum intelligit, sententia priori  
non absimili figuram hanc esse dicit, vt per subsistentes aquas accipiamus eos,  
qui eo abluti lauaro in pietatis dulcedine perseuerat: per eam vero partem quæ  
defluat in mare, intelligamus eos, qui licet ad baptismū venerint, in vitiorum ta-  
men amaritudinē dilabuntur, eaq; falsagine corrupti, synceræ vita suavitate ca-